

GALLICÆ


LINGVÆ,

IN VSYM IVENTVTIS

GERMANICÆ,

Ad illustrissimos inuiores Principes, Landgrauios Hæsiæ, conscripta.

AVTHORE IOAN. GARNERIO,



MED.
LETTENK.

Genens,

APVD IO. CRISPINVM;

M. D. LVIII.

ILLVSTRISS. GE-

NEROSSIMISQVE PRIN-

CIPBVS AC DOMINIS D. LVDOVI-

CO, & D. Philippo germanis fratribus, Landgra-

uis Hessiae, Comitibus in Carzgne Loboguen, Diets,

Ziegenbain & Nidda, dominis suis clementissi-

mis, Ioannes Garnerius S. P.



VOTIES memorabile illud

Ennij, vetustis. Poetae dicti ani-

mo repeto, Principes illustrissi-

mi, quo tribus de cordibus (tria si-

gnificans linguarū idiomata) ani-

mi sui cōcepta expromere posse gloriatur: toties

illam indutriam, quam sub fidelibus praecepto-

ribus (quibus & ipse nunc adnumeror) in perdi-

scendis diuersarum gentium linguis insignem

collocastis, non possum non summo opere admi-

rari, multique nominibus commendare. Quid

enim hoc vestro studio laudabilius? quid excel-

lentius? quidue illustrius in hanc vestram aetatem

cadere posset? praesertim cum Deus ipse inter tot

tāque variā dona, quibus à prima mūdi origi-

ne Ecclesiam suā mirificè exornauit, linguarum

eam donum, vt maximè necessarium, per Spi-

ritum sanctum impertitus fuerit. Quocirca nec

dubito quin idem Deus opt. max. hocce vestros

tam pios, tānque honestos conatus, suo Spiritu

fit promoturus, & ad optatum tandem finem

*. ii.

perducturus: modò & vos ea qua cœpistis fide; atque (vt spero) diligentia in incepto cursu progrediamini & perseueretis. Neque sanè vos improborum (ne quid grauius dicam) adulationes aut calumniæ ab inuita, & ad veram gloriam proxima ac veluti compendiaria via abducant, quasi iste labor Principum liberos parum deceat, quin potius cum Alphonso illo Arragonum rege exclaimabitis, eam bonis non hominis vocem esse, quum non à rationis iudicio, sed insulso belluinæ ruditatis instinctu profecta videatur: eoque fortius pro innata animi ingenisque magnitudine peiem figite, summo iungue herorum, ac maiorum vestrorum vestigiis insistetes, eos vobis imitandos proponite, qui propter singulare studium atque diligentiam in perdiscendis liberalibus artibus ac variis linguis, summam sibi laudem peperere. Ponite ante oculos Macedonem illum Alexandrum, qui tanta auiditate ac ardore, cum reliquis disciplinas liberales, tum poemata, sub præceptore omnium philosophorum clarissimo Aristotele, arripuisse fertur, vt ipsam Iliadem Homericam (quam rei militaris viaticum appellabat) memoriter recitare potuerit: subinde repetens, Malle se disciplinis, quam copiis, opulentis que antecellere. Huic nõ dissimilis Põti rex Mithridates, cū quo Romani quadraginta duobus annis, vt plurima, ita & grauissima bella gesserunt. Is enim puer duodecimum annorum, quum cognoscendorum gentium mo-

rum

rum, linguarumque capeffendarum percupidus esset, relicta regia domo paterna, adolefcentiam in peragratis peregrinis regionibus ignotus consumpsit: eoque tandem progressus est, vt cum viginti quatuor populis diuersi idiomatis impetraret, singulis propria ipsorum lingua iura dicere potuerit. Quæ res ei non solum beneuolentiam apud subditos conciliauit, verum etiã magnam illi, & auctoritatem & gloriam, & apud milites & exterarum nationes comparauit. Sed quid exteris recensendis immoror? Habetis ad hanc rem, longè nobilissimum exemplar domesticum, illustriusimum, inquam, Principem dominum Guilielmum fratrem vestrum natu maximũ, Dominum meum generosissimum: qui singulari industria, nec minori labore, breui temporis spatio, non solum variarum linguarum cognitionem percipit: sed ita etiam in omni disciplinarũ genere profecit, vt omnes docti, & acutè ingenis, & heroicam indolem, & doctrinam elegantem, non immeritò admirentur, suspiciant, ac venerentur. Habetis & sacrosanctã Imperialis aureæ bullæ constitutionẽ, qua cautum legitur, vt Principes Germani, ad septemvatus honorem (ad quem vestro stemmati, non vna saltẽ via aditus patet,) prouehedi, quatuor externas siue peregrinas linguas (inter quas hæc nostra Gallica in primis recensetur) teneant. Quocirca si hisce persualis, tam externorũ exemplorum, quam domesticorum atque sectatores vos sedulos pæ-

* . iii.

stiteritis, spem concipio non minimam, fore ut aliquando vestra sponte eò peruenire possitis, quò & publica & patria lege, vocari vos non obsecrè (vt opinor) intelligitis. Verum enimuèd quum currenti calcare addere non sit opus, vòsque superioribus huicè annis duobus, non infelicem operam huic rei, maximè verò linguæ Gallicæ nauaueritis: ego verò inter legendû, vestro potissimum monitu, regulas & præcepta quædam, quibus hæc nostra lingua melius comprehendî, exterisque facilius tradi possit, obiter uerim: operæ pretium me facturum existimaui, si has obferuationes in lucem vestris auspiciis adendas curarem: quò & generosissima indolis princeps, dominus Georgius, frater vester natu minimus, & reliqua Germaniæ pubes, huius idioma tis discendi uida, vestro se beneficio & exemplo humaniter inuitam, & nô parum adiutam intelligat. Interea tamè vnumquèque momentum velim, hæc nostra præcepta, vt reliquorum artium & disciplinarum omnium, mutila & manca fore prorsus, nisi diligens exercitatio, & continuus accesserit vsus: testem huius idoneum imprimis cito eloquentiæ Romanæ principem Ciceronem, qui filium hortaturus, vt sese in officiorum præceptis exerceat: ait, Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quâuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine viâ & exercitacione coniequi possunt, sic & officii conseruandi præcepta traduntur: illa

illa quidè, vt faciamus ipsi: sed rei magnitudo vsum quoque exercitacionemque desiderat. Quide causa imprimis vile fuerit, vt qui fructum aliorum laborum suorum in hisce rudimentis percipiendis coniequi voluerit, illis frequentem exercitacionem, assiduamque vsum, optimum & præstantissimum (vt idem ait) dicendi effectorem & magistrum, coniungat. Cæterum quòd hanc meam qualem cunq; operam, illustrissimi Principes, sub vestri nominis auspiciis in publicum & emittere decreuerim, præter cæteras, ea quæ potissima causa fuit, quòd vbi ipsarum regularum seduli fueritis obseruatores, & mihi super isdem exactius cogitandi materiam præbueritis. Quòd si hoc meum institutum vestris excellentis probatum sensero, abundè mihi satisfactum ac rationem laboris mei mihi constitisse putabo: nihil ambigens interea, quin iuuentus Germanica, Gallicæ linguæ ad discendæ cupida, pro occasione sibi à vobis subministrata, quantas maximas poterit, gratias sit actura. Valet felices ter & amplius in Christo, qui suo vos præsidio perpetuo tucatur, & ad nominis sui propagationem cõseruet, Spirituque suo sancto vsque in vitam æternam perducat, Amen. Marturgi Helsonum, Calendis Augusti.

Cecropiae prostant Latine & fundamina linguae,
Aedita Principibus, non sine laude, viris.
Gallica sola latec non eruta lingua tenebris,
Nec sicut in certos, certa redacta, modos.
Ancipiti rediit, Gallica regna petit.
Non tamen optatam potis est attingere metam:
Cur? quia Grammatices regula nulla datur.
Astiduo est usus si que discuntur, in aenis
Illa, penes patrios, mox abiere, focos,
Ergo quid immenso iuuat aere grammatice parentes?
Quid vis per dubium tendere lassus iter?
Hunc coemmas paruum, paruo satis aere, libellum,
Gamei ingenio dexteriori datum.
Quem si vel laribus, cura vigilante, paternis
Volueris, & prudens gaudenter usus eris,
Praemia, crede mihi, reseres quoque digna labore,
Nec poterit sumptus penituisse: **V A I E.**

INSTITV-
TIO

linguae.

De Literis.

Spernaculum iudicatis,
hic in limine multa tra-
ctare de Literis, Syllabis,
aut Diphtongis. **V**sus e-
rim (qui omnium eritis ma-
gister est) frequens &
astidua lectio haec omnia
facile indicabunt. **V**erum ne videar haec minuta
contemnere, obiter & extremis (quod dicitur) di-
gitis et attingere non graudbor.

Galli literas habent duas & viginti, **A. b.**
c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t. v. x. y. z. **N**ā litera
k nobis Germanis frequentissima, Gallis omni-
no ignota est. **Q**uod si dixerit aliquis, **x. y. & z.**
peregrinis esse literas, quibus longè facilius care-
re possit lingua Gallica quàm **k**, ipse non mul-
tum contenderim: imò optarim potius, quò certior
atque faciliior esset nominum derivatio. **M. x. i. n. e**
A.

verò de x & z, quas inepie & contra regulas omnes pro s in fine dictionis aliquando usurpamus. At quoniam id usu iam longo receptum est, ut ego unus nunc non possum omnes in meam sententiam pertrahere, nec novitatis studiosus haberi volo, cuique suum arbitrium relinquo. *Var interea & ego illis, quem admodum & ceteri.*

Diuiduntur autem hæ literæ in vocales & consonantes, quem admodum apud Latinos. Ex consonantibus autem nonnullæ sunt quiescentes: hoc est, quæ semper scribuntur, sed non semper leguntur seu proferuntur. Gallorum enim antiquitatis, quò suorum verborum, seu dictionum Gallicarum à Latina lingua descendit originem significaret, multas in scribendo literas retinuit, quas tamen in legendo omnino reliquit. Quod rediosum valde molestumque fuit lectoribus. atque linguam ipsam odiosam & difficilem omnibus peregrinis reddidit. Siquidem plerique omnes merito conqueuntur, & ab eius lectione abhorret, quòd aliter scribamus, aliter verò pronuntiemus. Quod cum animaduertisset moderni, linguam nostram repingere cupientes, illas omnes fere literas quiescentes prudenter expulerunt. Ad eò ut iam scriptura per omnia fere ipsi pronuntiationi cõueniat, hoc est,

ut ita scribamus, quæ admodum loquimur. Quod magnum emolumentum, magnamque lucem huic nostræ Gallicæ lingue attulit. *Vnica litera s, quæ nullo modo in scribendo omitti, neque illi certa regula assignari potest, quando scilicet, legi debeat aut quando non, omnibus adhuc fãcesit negotium. Hoc inter ea obseruavi, quòd sequente vocali, s semper legitur; sequente verò consona quiescit. Excipe nomina semi-latina: enim legitur, etiam sequente consona: propterea quòd à Latina lingua (in qua s nunquam quiescit) immediate descendunt: ut Baptiste, Euangeliste, organiste, chaste, honeste, domestique, fantalique, esprit, iuste, celeste, terrestre, satisfaction, restitution, &c. quoniam istud postimum non sit minus saliter verum: dicimus enim feste, pasque, fenestre, estoille, espine, esponge, espee, &c. ubi s nusquam legitur, etsi illa uerina sunt semi-latina.*

Quòd si litera s principium dictionis Latine occupauerit, & aliæ consonas immediate sequatur, tunc illi solemus proponere literam e: idque tã in loquendo quam in scribendo: atque tunc quiescit etiam s: ut Stephanus, Estienne studium, estude, estudier, escole, escrire, espoux, espouie, espouier, espace, estable, &c. Paucas quædam huius generis sine e scribinus & pronuntiamus: ut sphere, scribe, science, style, sterile, &c.

A. ii.

Ceterum *littera s* supra *e* nativa dicitur pronūtiari, nisi quādo inter duas vocales ponitur: tunc enim leniorem sonum habet, sive ac si esset *s*, ut in alio d' oraison, arroser la toison, & rater la prison: ac si dicitur. Mais on d' oraison, arrozet la toison, & arrozet la prison: hac dixerim propter quod Germani assueti *litteram mollem* pro duris *litteris*, & duriores pro molliore *essant*, in hoc sepe labuntur, ut pro saluer, sicut, seruir, souffrir, si ge, dicant z aluer, zuer, zeruir, zouffrir, ziegeid enim ego, frequentissime *sonu* exporitur. Quod si *geminata fuerit*, semper durū ac pleniorē sonū habet, etiā inter ipsas vocales: exemplum, Rosignol, alleuré, possession, poissible, auisi, allailit, alsömer, alsister, rassemblier, rassäster, c'est alliez.

De *litteris e, c, g, & v.*

Galli habent duplex *e*, acutum scilicet & grave. Alij vocant *Mascul.* & *fœmininum*, quia solo accentu distinguuntur. *Mascul.* enim semper accentu acuto notatur, atque plenum & virilem sonū reddit, ut Charité, gravité, aimé, iugé, &c. *Fœmininū* verò nunquā accentu afficitur, lenioremque ac molliorem, & quasi effœminatū sonum habet, ut sapience, diuine, immortelle, eternelle, euangile, &c. Fit etiā aliquādo ut e duplicetur in fine dictionis, praesertim in participijs *fœmininis*

nominibus primitiis semper est acutū, secundū veterum graecorum, ut *espoussée*, aimée, racherée, enlignée, arroussée, &c. Haec suam nominā veniunt: nā isse solus accensus significacionem nominis omnino mutat: ut si dicat, Cestuy cy est iugé, isse est iudex: cestuy cy est iugé, isse est indicatus: il est auucuglé, caceueul est auucuglé, exégécitus: comte, comies: comré, comitatus: loge, logé, leue, leué, poules, poulés, charges, chargés, &c.

Ad haec, in pronuniatione *littere c*, Galli imitantur Latinos, quic ante *a, o* & *v* esserunt per *k*: ante *i* verò & *e* per simplex *c* pronuniant: exemplum, Capitaine, calamiteux, certuoise, certaine, cité, citherne, comper, commercer, cupidité, curieuse: Certeinemet le capitaine de la cité corrompra les gonldarmes par la cupidité, &c. Interdicitur enim per simplex *c* proferatur ante *a, o, u*: at tunc nos fratres moderni typographi virgula notare solent hoc modo, s. L'apperçoy bien que cest home là est sousspeçonneux. Car il ne fait qu'aller ça & là, pour sauoir la façon des François, &c. Idem omnino dicendum de *littera g*, quam ante *a, o* & *v* per *g* durum, sive Germanicum simpliciter esserunt: ante *i* verò & *e* per *i* consonantem: ut garder, gaster, generation, gentile, gingembre, gibbet, gouuerneur, gourmant, guerre, guerir. Le gentil-homme estant en guerre, gardant & gouuer-

nant bié les suits, en rachete plusieurs du gibet, & remplit sa gibbeciere d'or & d'argent, &c.

*Præterea literam v post a G. o. per v Germa-
niti profertur, aliqui semper efferunt per v
Gallica: exemple vni'q's, il nous faut auourd'hui
donner beaucoup d'aumônes, pour aider à nour-
rir les pource de Iesus Christ, qui est le seul Sau-
ueur & Redempteur du monde. Et hæc pronun-
tio etiam obseruanda est: significatione enim mu-
rat, quum dicimus sus, sous, supra, subius: pur, pour,
porus, propter: but, bout, scopus, suis, tue, roue,
mue, moue.*

De Apostrophis.

*Vocalis litera in fine dictionis eliditur, quã-
do sequens dictio incipit à vocali, in cuius loco po-
nitur virgula que apostrophus dicitur, quod fit ad
evitandum hiatus, seu concusum duarum vocalium,
qui euphonia (cuius amanti'sime sunt aures Gal-
lorum) corrumpit. Dicimus enim, i' aime l'homme qui
s'adonne à l'estude de l'Ecriture sainte, & qui
par chaste d'auancer l'honneur de l'Eternel: non
autem, ie aime le homme qui se adonne à la estu-
de de la Escriture, &c. item, la pierre esproune l'-
or, & l'or esproune l'homme. Exi'pe e mis'cu. quod
nunquam eliditur. Divinus enim, on a iuge en verité
au confiteoire: vous auez esté eleue en prosperi-
té*

té, & auez blasphemé au ciel: mais vous ferez hu-
milé en brief, &c.

*Fit etiam aliquando ut prima vocalis elidi nõ
possit, nisi cum corruptione significationis nomi-
nis, atque tunc utraque relinquatur: ut ne repro-
che à aucun sa pource: non autem, ne reproch au-
cun, &c. Allons dehors, non autem allons d'hors.
item, ie chemine en toute honnesteté & intégrité
envers tous. C'a esté vne grande folie à vous, d'a-
voir receu telle doctrine, sans fauoir quelle elle
estoit.*

De Diphthongis.

*Tres Diphthongos precipuas habent Galli,
nempe ay, oy & ce: quas omnes per simplex e
committit efferunt, ut mayson, orayson, foy, loy,
François, Angloys, cœur, oeil, ceures, &c. at-
que vrinam scribentur quemadmodum profé-
runtur, sic meson, orelon, foé, loé, françois, &c.
At vsus non patitur. Cæterum ausci, eu, ou & ui,
quanquam diphthongi sint, inter diphthongos
tamen non numero, quoniam ita efferuntur uti
scribuntur. Dicimus enim feu, eau, peine, iour, &
nuit: auourd'hui i'ay eu grand' peine: la nuit i'a
point de honte. item, lestrichelles de l'esprit ne
peuvent perir, ne par feu ne par eau, &c.*

A. iii.

Hæc pauca de literis, syllabis & diphthongis dicta sufficiant. Accedamus nunc ad ipsas orationis partes.

De partibus orationis.

Partes orationis Galli octo sunt, quemadmodum apud Latinos, quas suo ordine tractabimus faciente Deo, certèsq; regulas seu observationes de singulis trademus. Primum omnium de nomine quod basis & fundamentum sit omnium aliarum partium.

De Nominè.

Nomen duplex est, proprium scilicet & appellativum. Appellativum item duplex, substantivum & adiectivum, &c. uti apud Latinos.

Nomen nomen sunt duo, singularis & pluralis: pluralis sit semper à suo singulari per additionem litteræ s, que propria nota est pluralis. Si enim singulari addas s, mox habes pluralem: & contra si à plurali demas s, habes singularem, ut pere, peres, mere, meres: homme, hommes: fille, filles, &c. Sicut autem nomina aliquot, que sæpe naturam habent s, etiam in singulari, quædam sunt ea que Latine in ois terminantur: ut ostiosus, ambitiosus, stultiosus, vinosus: & alia quædam, ut Frausoy, Angloys, Escosloys, fils, pais, brebis, temps,

temps, gens, &c. atque in hæc nominibus item sunt singularis & pluralis numerus.

Casus nominum sunt sex, uti apud Latinos. At accusativus semper & ubique omnino similis est nominativo, & ablativus æquivo in utroque genere & numero: vocativus verò per adverbium vocandi o semper effertur. Idcirco tres duntaxat casus (ut brevitati & perspicuitati suadeamus) in declinatione assignabimus: unum relictum nominativum scilicet: & duos obliquos, genitivum scilicet & dativum: per quos omnia nomina, pronomina & participia, atque articulos ipsos declinabimus.

Genera nominum apud Gallos sunt tantum duo, masculinum scilicet & femininum. Tertium genus Galli non habent, sicut nec sexum.

Articuli sequuntur generis, siveque duo duntaxat: masculinum le, & femininum la: declinantur autem sic: singularis numerus, hic & hæc, &c.

nominat. genit. dati.

Masc. le du au

Fem. la de à

nominat. genit. dati.

Plural. les des aux

In plurali sub una terminatione utrunque

genus completur: horum autē articuloſū cognitio tam neceſſaria eſt ei qui huic noſtræ Gallicæ lingue operam daturus eſt, ut ſine illa oleum & operam (quod aiunt) amiſſurus ſit.

De declinationibus nominum.

Declinationes Galli nullas habent, quod omnia nomina ſunt indeclinabilia, articuli tantum declinantur. Quid enim opus eſt declinatione, ubi nihil declinatur? idcirco articulus utimur, ut quod terminatione deprehendi haud poteſt, nepe caſus & genera, articulis cognoscatur: atque is eſt articuloſum præcipuus ſinis & uſus: ſed producimus unum aut alterum exemplum in utroque genere: ſingularis numerus, nominat. hic doctōr. hæc doctōrina, &c.

Mſc. vox.	}	nominatiuus, le docteur:
		genitiuus, du docteur:
		datiuus, au docteur.
Plural.	}	nominati. les docteurs:
		genitiuus, des docteurs:
		datiuus, aux docteurs.
Fem. vox.	}	nominat. la doctōrine
		genitiuus, de la doctōrine
		datiuus, à la doctōrine
		Plural.

Plural.	}	nominatiuus, les doctrines.
		genitiuus, des doctrines.
		datiuus, aux doctrines.

Hoc eodem modo declinantur reliqua omnia nomina, quacūque ſuerint. Itaque qui articuloſum declinationes tenet, facillimè omnia nomina declinabit, cuiuscuſque generis aut qualitatis ſint. Accipe exemplum unum in adiectiuis, nominatiuus, ſanctus, ſancta, ſanctus, &c.

Mſc. vox.	}	nominatiuus, le ſainct
		genitiuus, du ſainct
		datiuus, au ſainct
Plural.	}	nominatiuus, les ſainctes
		genitiuus, des ſainctes
		datiuus, aux ſainctes
Fem. vox.	}	nominatiuus, la ſaincte
		genitiuus, de la ſaincte
		datiuus, à la ſaincte
Plural.	}	nominatiuus, les ſainctes
		genitiuus, des ſainctes
		datiuus, aux ſainctes

De gradibus comparationis.

Comparationes Galli non habent, ſed illas circiſcribunt per iſtas duas particulas, plus & tres. Comparatiuum enim eſſe uent per ſuum poſitiuum, præ-

posita particula plus. Superlatiuum uero preposita particula tres. Idque in utroque genere & numero: exemplum, heureux, plus heureux, tres heureux: *felix, felicior, felicissimus*: heureule, plus heureule, tres heureule: *prudens, prudentissimus*: prudente, plus prudente, tres prudente, *prudensissima*.

Itaque comparatiui propria nota est, plus: superlatiui uero tres. excipe *bonus & malus*, quæ in comparatiuo gradu irregularia sunt, quòd proprium comparatiuum habeant, quemadmodum apud Latinos. Dicimus enim, bon, meilleur, tresbon: bonne, meilleur, trèsbonne: mauuais, pire, tresmauais: mauuaise, pire, tresmauaise.

Comparatiui autem adiectiuq nomina tantum, non autem substantiua, neque propria: quoniam comparationes nunquam in substantiis sed semper in qualitate sunt: substantia enim non suscipit matris neque minus. non enim dicimus, Iean, plus Iean, tres Iean: nec homine, plus homine, tres homine: sed dicimus, Sanct, plus sanct, tres saint: religieux, plus religieux, tres religieux: iuste, plus iuste, &c. Declinantur autem comparatiua & superlatiua nominum more: *nimirum per articulos duntaxat.*

Præterea

Præterea aduerbia qualitatis etiam comparationem recipiunt apud Gallos per plus & tres, quemadmodum nomina ipsa à quibus descendit: atque Gallicè semper terminantur in ment, ut iustement, plus iustement, tres iustement, *infirmest, plus infirmest, tres infirmest*, plus honnestement, tres honnestement, *incomparatiuo tantum: dicimus enim, bien, mieux, tresbien, optimè: mal, pire, tresmal, pessimè: non autem plus bien, nec plus mal.*

Sunt etiam nonnullæ prepositiones quæ apud Latinos comparantur, hæ comparationem etiam apud Gallos recipiunt, aduerbiorum more: sed in comparatiuo duntaxat. Nam *superlatiuus in usis non est, quando aliquando illo utamur. Dicimus enim pres, plus pres, ppres: sed tres pres in usis non est: outre, plus outre: plerius: sed tres outre non dicimus.*

Cæterum hæ voces bien, beaucoup, trop, par trop, *sub hac particula plus (quæ nota est comparatiui) preponantur, significationem comparatiuum augent, quemadmodum longè & multò apud Latinos: exemplum.* La lecture du saint Euangile de Iesus Christ, est bien plus honneste & beaucoup plus profitable à l'homme, que celle de la faulxe doctrine de l'Ante christ, item, la iustice de la foy est trop plus seure, & par trop plus certaine, que celle des ceureux, &c.

Diminutiva nomina habent etiam Galli, quemadmodum & Latini, quæ ab ipsis nominibus descendunt: ut ianon, ianette; femme, feminelette; chambre, châbrette; liure, liuret; iardin, iardinet, &c. Aliquæ illa esse videntur cum adiectivo participii, & dicuntur petit iean, petit chateau, petite riuiere, petit bois, &c.

Observationes nominum.

I.

Omnia nomina, pronomina & participia apud Gallos sunt indeclinabilia: articuli duntaxat declinantur in utroque genere & numero, ut dictum est.

II.

Nominibus appellatiuis semper preponitur articulum eiusdem generis, idque in omnibus casibus & numeris: nominibus verò proprijs & appropriatis nunquam in rectis casibus, sed tantum in obliquis. Appropriata autem uoco, nomina appellatiua, quæ nomine proprio vel pronomine aliquo circumscribuntur atque demonstrantur, quæ dialectici Individua artificialia vocant, ut monsieur Louys, maistre Iean, cest honneur, ceste femme, mon pere, ta mere, son frere, mes seurs, &c.

III.

Nomina propria & appropriata articulos masculinos rejiciunt, & femininis gaudent.

Dicimus

Dicimus enim l'euangile de Iesus Christ, non autem du Iesus Christ: donne cela à Philippe, non autem au Philippe: la doctrine de cest homme est bonne, non autem du cest homme: donnez du pain à ce poure, vous estes bié aimé de mon Prince, tel honneur & amitié te porteront tes enfans, comme tu auras porté à ton pere & à ta mere, non autem au ton pere, &c.

Itaque hæc nomina propria & appropriata semper & ubique sequuntur regulam, & naturam nominis sem, &c. quod summè est obseruandum, cum ob prepositiones (ut postea dicemus) tum propter ipsos articulos. Etenim nisi hoc bene intellexerimus, certè inter coniungendum cogemur miscere articulos sem. mascul. in obliquis casibus saltem: & singulares pluralibus, quemadmodum fecerunt ante nos ij qui istam regulam non obseruarunt, quæ commixtio hæc unica obseruatione tollitur.

IIII.

Et quoniam nomina propria plurali carent, hæc appropriata nomina in plurali articulos plures rejiciunt, & singularibus eiusdem casus gaudent: exemplum, la faueur de mes amis ne me iert de guere en cest endroit: non autem, la faueur des mes amis, &c. il me faut seruir à mes seigneurs: non autem, aux mes seigneurs. item, nous deuous obeir à nos Princes, & à tous noz superieurs, selon que

Dieu le nous commande: *noz. autem* aux noz. *Pris*
ces, *vel* aux tous noz superieurs, &c.

V.

Nomina appellatua sem. in obliquis casibus
preter articulum casus obliqui, articulum sui no-
minatiui etiā recipiunt in singulari numero tan-
tum non item in plurali: exemplum, dōnons hon-
neur à la parole de Dieu: c'est vne sentence de la
saïnte Escripture, que tous hommes sont fuits à
la mort. item, nul ne iuge de la science, sinon que
l'ouurier: pense toujours à la fin, &c.

Idem omnino dicendum de nominibus ap-
pellatiuis masc. à vocali incipientibus, sed hoc sem-
per fit per apostrophon, ne fiat vocatum coarctis-
sissimè: fais de l'ordre de Iesus Christ: vous reti-
fierez toujours à l'Esprit saïnt. item, garde toy
bien de l'homme flatteur: car il t'amorte pour t-
enquener, &c.

VI.

In generibus nominum Galli plerumque i-
mitantur Latinos: ut quæ masculina sunt Latinis,
et masculina sunt Gallis: quæ verò feminina, e-
tiam feminina sunt: ut le liure, la plume, le pain, la
chair, le cheval, la mule. Quæ verò neutra sunt
Latinis, nobis Gallis plerumque masculina sunt:
aliquando etiam femina. ut le temps, le tonnerre, le
laine, la parole, la seméce, la lexue, la moutarde.
vii.

VII.

In omnibus adiectiuis sem. genus fit à masc.
per additionem literæ e in fine dictionis, ut bon,
bonne: mauuais, mauuaise: blanc, blanche: noir,
noire, &c. Idem omnino dicendum de omnibus
participijs tam actiuis quàm passiuis, ut aimant,
aimante: aimé, aimée: enscignent, enscignante:
enseigné, enseignée: croyant, croyante, &c. Sunt
interca quedam adiectiua nomina, quæ sub ma-
roce & terminatione virique generi inseruiunt,
ut chaste, iuste, hōneste, sage, docile, amiable, &c.
Idem omnino dicendum de pronomibus Ego,
tu & sui. Nec tamen propterea sequitur illa esse
medij aut communis generis, quoniā gallica lin-
gua talia genera nullo modo agnoscit.

VIII.

Nomina adiectiua scorsim in omnibus cas-
ibus etiam articulos iuxta genus suum recipiunt,
quod substantiuum subintelligitur: exemplum,
Le blāc est meilleur que le rouge, supple, vin: Le
iuste receura iustice, & les misericordieux ob-
tiendront misericorde. Item, Ne porte point d'
enuie aux meschans, & ne méidy point des bons,
supple, hommes.

IX.

Arborum nomina Gallis mascul. sunt: fru-
B.

Etiam vero sem. Dicitur enim le pomier, la pome: le poirier, la poire: le pescher, la pêche: le figuier, la figue: le noyer, la noix: les figuiers sont à Martelle, & les figues à Lyon: le noyer est vn grand arbre, mais la noix est vn bien petit fruit, &c.

x.

Nomina gallica quæ in singulari finiunt in al, heteroclitæ sunt, faciuntque pluralem in aux, vt animal, animaux: general, generaux: royal, royaux: cheual, cheuaux: mareschal, sableserrai, mareschaux: egal, egaux: infernal, infernaux, &c. exemplum, Cemeichant mareschal a encloué tous nos cheuaux: & pource nous sommes contraints de sejourner icy. item, il n'y a point de commandemens plus generaux ne plus royaux, que ceux qui nous sont donnez de Dieu en sa parole, &c. C'est courage royal, endurer patiemment les maux, pour auoir bien fait, &c.

x i.

Cum de carnibus, piscibus aut argento sermo est, Galli solent vti numero singulari loco pluralis: exemplum, Le veux acheter du poisson, non autem des poissons: La chair & le poisson sont extrêmement chers en ceste ville: non autem les chairs,

H 7

chairs, ne les poissons, &c. Chair & poisson est viande de commissaire (dit-on). item, j'ay donné tout mon argent aux pources, non autem tous mes argens, &c. Il vaut mieux auoir des homes ayans faute d'argent, que de l'argent ayant faute d'hommes.

x i i.

Et quoniam lingua gallica ortum habet ex latina, fingit multa: atque sic ex latinis gallica facit, idque tribus modis: primum per additionem. Hoc modo nomina verbalia in io sunt gallica, cum addis literam n: vt religio, religion, confesion, redemption, satisfacion, abolution, sanctification, &c. Deinde per diminutionem. Sic nomina que in mentum Latine terminantur, gallica sentiunt absulteris per breuiam syllabam um: vt sacramentum, sacrement, iurement, fondement, vestement, onguent, &c. Idem omnino de nominibus terminatis in alis, si auferas is: vt generalis general, principal, liberal, nuptial, hospital, &c. Postremò per commutationem, siue e-tiam per transpositionem postremæ literæ vel syllabæ in aliam. Et hic modus est frequentissimus non solum in nominibus, verum etiam in verbis. Sic enim nomina latina in a

B. ii.

funt gallica, mutato postremo a in e: ut propheta, prophete, poete, terre, porte, fenestre, &c. Exemplum de syllab. ut agilis, agile, fragile, debile, vile, inutile, répette, celeste, terrestre, &c. In verbis etiam: ut insistere, iustificer, sanctificer, edificer, fortificer, magnificer, glorificer, veni, serui, dormi, &c. Per transpositionem littere etiā dicimus, Dextre, vespre, a pre, nostre, vostre, neutre, &c.

XIII.

Nomina numeralia Gallis sunt trium generum, quemadmodum apud Latinos: primum genus est quod cardinale seu principale vocant: exemplum, vn, deux, trois, quatre, cinq, six, sept, huit, neuf, dix, onze, douze, treize, quatorze, quinze, seize, dix & sept, dix & huit, dix & neuf: vingt, trente, quarante, cinquante, soixante, septante, huitante, nonante, cent, mille, &c. Aliud est ordinis quod fit ab ipso cardinali, cum additione huius particule, ieme: exemplum, vnieme, deuxieme, troisieme, quatrieme, &c. primum, secundus, tertius, quartus, &c. dicimus etiam premier, second, tiers, quarto, quart, quint, sed nunquam sext, sept, huités.

Tertium genus est aduerbiule: Et istud fit etiam, aut potius est ipsamet cardinale, cū additione huius particule fois: verbi gratia, vne fois, deux fois, trois fois, quatre fois, &c. semel, bis, ter, quater, &c.

Hoc

XIII.

Hoc nomen Caput, si proprie iuxta germanam significationem accipiat, gallicè effertur communiter per teste: vs, ma teste me fait mal: vous avez la teste plus dure qu'vne enclume de maréchal. Si vero metaphorice caput, semper effertur per chef: vs, Christ est le chef de l'Eglise, & l'homme est le chef de la femme: le Roy est le chef du royaume, & le capitaine est le chef de l'armée.

XV.

Et quoniam Deus vnus vnicus est, hoc nomen Deus. inter nomina appropriata communiter apud Gallos, articulumque proprium nominū more rejicit, nisi forte epitheto aliquo exornetur: tunc enim articulus recipit appellationem more, ratione adiecti: ut si dicas, le Dieu eternal, le Dieu fort, iuste & misericordieux a parlé, le Dieu d'Abraham, d'Isaac & de Iacob, le Dieu de nos Peres, &c. alioquin simpliciter dicimus, Dieu a parlé, Dieu nous a adoptez pour ses enfans, en son Fils, & par son Fils Iesus Christ.

XVI.

In constructione Galli. semper prepositū substantiua adiectiuis, & casus rectos obliquis: dicimus enim, le pain blanc & le vin rouge: non autem, le blanc pain, neque le rouge vin. item, la main, le bras & la teste de Iean: non autem, de Iean la teste.

B. iii.

ite, &c. Le marché du blé, du vin, du poisson, non autem du vin ou du poisson le marché, *vi vos Germani dicitis. Atque in parte hac Galli imitantur ipsam naturam, quæ prius vult substantiam esse quam accidens, cuius esse est in esse, & prius generatiem quam genitum. Excipe bonus & malus, quæ indifferenter preponuntur & postponuntur: dicimus enim bon pays, & mauuaile gent: intention bonne, & ceurre mauuaile. item, bon conseilier, & mauuais conseil, &c.*

xvii.

Ablatiuus autem instrumentalis communitè effertur per accusatiuum cum prepositione par: exemplum, Nous sommes iustifiez par la foy en Iesus Christ, & non point par nos bones œuures. item, Nous sommes rachetez par le seul sang de Iesus Christ, &c. Aliquando etiam effertur per seipsum cum articulo genitiui de: ut O Seigneur, remply nos cœurs de ton saint Esprit. item, Ce peuple s'approche de moy de la bouche, & m'honore de iés leurs: mais leur cœur est bien loing de moy, dit le Seigneur, &c.

xviii.

Præterea quandoque partem alicuius rei petimus aut significamus, semper genitiuo casu cum suo articulo vtimur loco accusatiui: exemplum, ie vous prie presterz-moy de l'argent pour acheter des liures. item, donnez moy du pain, &

ie vous donneray de la chair: donnez-nous du poisson, du fromage, du vin, du, &c. non autem le poisson, le fromage, ou le vin: quoniam non rem ipsam totam aut integram sed partem rei petis ac significas: quod si rem ipsam totam aut integram petimus, aut significamus, per accusatiuum efferte solemus: dicimus enim rendez moy l'argent que ie vous ay presté. item, pretez moy vostre liure, vostre cousteau, vostre cheual, &c. quoniam hæc res diuidi non possunt, ut vnam partem alia relicta petamus. Dicimus etiam, donnez moy le pain, le vin, la chair, le fromage, l'argent, quando totum aut integrum panem, vinum, carnem, castrum, pecuniam, &c. petimus aut significamus.

De pronomine.

Pronomina apud Gallos ea ipsa sunt quæ & apud Latinos, declinationesque casus, genera & numeros recipiunt, quemadmodum & nomina.

Horum autè pronominum triplex est ordo: primus est demonstratiui: secundus possessiuorum: tertius verò relatiuorum. Primus ordo continet septè priora pronomina, ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic & is, quæ per articulos, dumtaxat nominum more declinantur hoc modo.

Paradigma ego & tu pro vtroque genere, sub vna terminatione.

E. iiii.

Singl.
 nominatiuus } ie, vel moy
 genitiuus } tu, vel toy
 datiuus } de moy
 } de toy
 } à moy
 } à toy

 Plur.
 nominatiuus } nous
 genitiuus } vous
 datiuus } de nous
 } de vous
 } à nous
 } à vous.

Pronomē Sui inflectitur sc: nominatiuo caret,
 genit. de soy, dati. à soy, accusat. se: plurali caret. Hac
 autem duo pronomin. iste, ista, istud: & hic, haec, hoc,
 idem

idem omnino sunt & significant gallice: atque declinantur sic:

Masc. vox
 Singularis } nominatiuus ce
 } genitiuus de ce
 } datiuus à ce

 Plural. } nominati. ces
 } geniti. de ces } vel de ceux
 } datiuus à ces } à ceux

Dicimus etiam cest, de cest, à cest, quando no-
 mini à vocali incipiente coniunguntur, vt postea
 in obseruationibus dicemus.

Fem. vox
 Singularis } nominatiuus ceste
 } genitiuus de ceste
 } datiuus à ceste

 Plural. } nominati. cestes
 } geniti. de cestes } vel de ces
 } datiuus à cestes } à ces

Præterea ille, illa, illud, & ipse, ipsa, ipsum i-
 dem etiam sunt & significant apud Gallos: at-
 que hoc inflectuntur modo.

Masc. vox
 Singularis } nominatiuus il, vel luy
 } genitiuus de luy
 } datiuus à luy

Plural. { nominati. ils, vel eux } leurs
 { genitiuus d'eux } de leurs
 { datiuus à eux } à leurs

Fœm. vox singularis { nominatiuus elle }
 { genitiuus d'elle }
 { datiuus à elle }

Plural. { nominati. elles } leurs
 { genit. d'elles } de leurs
 { datiuus à elles } à leurs

Dicitur etiam leur, de leur, à leur in utroque genere, quando in singulari de vna tantum refertur: exemplum, Sois tel à tes amis estàs en aduersité, que tu estois en leur prospérité. item, Ces gés de bien ont perdu tous leurs biens, & exposé leur vie pour soustenir la parole & la querelle de Iesus Christ nostre seul Sauueur, &c.

Paradigma pronominis is, ea, id, quod idè ferè significat quòd ille, illa, illud.

Masc. vox singularis { nominatiuus eeluy }
 { genitiuus de eeluy }
 { datiuus à eeluy }

Plural. { nominatiuus ceux }
 { genitiuus de ceux }
 { datiuus à ceux }

Fœm.

Fœm. vox singularis { nominatiuus celle }
 { genitiuus de celle }
 { datiuus à celle }

Plural. { nominatiuus celles }
 { genitiuus de celles }
 { datiuus à celles }

Ceterùm hæc pronomina aliquando compositionem admittunt, idque in utroque genere & numero, vt dicamus, cestuy-ci, celuy-la: ceux-ci, ceux-la: ceste-ci, celle-la: cestes-cy, celles-la. At semper eadem remanet significatio, quàmquam diuersos habeant vsus, vt mox audiemus: atque tunc eodem omnino modo declinantur, vt antea: mirum per articulos tantum.

Observationes in primum ordinem pronominum.

Pronomina si nominibus appellatiuis præponantur, erunt illis articulosum loco, atque illa singularia, seu appropriata facient, vt cest homme, ceste femme, mon estude, tes liures, mes auditeurs, ton cousin, ta cousine, ses seruiteurs, &c.

Hæc tria pronomina ego, tu, ille, si verbo coniungantur in pronomine semper essentur per ic, tu, il:

ſingulari tantum : atque *rem inanimatam* , *verò* *verò animatam demonſtrat* : *dicimus enim* , *Qui* eſt-*ecce* ? que ſignific cela ? *ecce* duit bien à moy , & cela à vous . *item* , faites cela vous , & les autres feront *cecy* , &c.

VI.

Notandum quòd hec particula cy tam in *compoſitione quam extra* , *nota eſt propinquitatis* , *remque propinquam demonſtrat* : *particula verò la nota eſt longitudinis* : *dicimus enim* , *ecce* eſt bon , *de re quam tangimus* : & cela eſt mauuais , *de re que aliquantulum diſtat* : ceſt homme ci , *de illo què iuxta nos eſt* : & ceſt homme là , *de eo qui procul aliquantulum eſt* . Ce belitre-*ci* me faiſche fort : mais ceſt hypocrite-*là* me faiſche encore dauantage &c.

VII.

Hoc pronomen Sui , *ſi in fine dictionis ponatur* , eſſetur per ſoy : *aliqui ſemper eſſetur per ſe* : *exemplum vtriuſque* , Le ſage (dit Bias) porte tous ſes biens avec ſoy . *item* , L'hypocrite ſe iuſtifie ſoy-meſme , mais le iuſte n'eſtime rien de ſoy . *item* , Qui bien ſe mire , bien ſe void : & qui bien ſe void , bien ſe cognoiſt . & qui bien ſe cognoiſt , peu ſe priſe : & qui peu ſe priſe ſage eſt . *Hoc ſic* , & *uius humiliter ſub manu omnipotentis Dei* , *ut vos exaltet in die viſitationis* , &c.

VIII.

Ceterùm iſtis pronominibus ſi addideris iſtam particulam meſme , *habebis ea còpoſita cum particula met* , *quemadmodum quid Latinos* : *id-que in vtroque genere* & *numero* , *ut moy-meſme* , *me* , *toy-meſme* , *ſoy-meſme* : *nous meſmes* , *vous meſmes* , *eux-meſmes* : *ceſtuyci-meſme* , *ceſtuylà-meſme* . *Ceux-meſmes* qui vous ont dit cela , *l'ont dit auſi à moy-meſme* , &c. *Excepe* *ic* , *tu* & *il que iſtam compoſitionem non admittunt* . *Non enim dicimus* , *ic-meſme* , *tu-meſme* , *ne il-meſme* : *ſed moy-meſme* , *toy-meſme* , &c.

Secundus ordo pronominum eſt poſſeſſiuorum.

Poſſeſſiua pronomina ſunt numero quiniſque , *meus* , *tuus* , *ſuus* , *noſter* & *veſter* : *que etiam duobus modis eſſentur atque declinantur* , *idque in vtroque genere* & *numero* , *quòd aliquando poſſeſſiue abſolute* , *alias verò relative accipiuntur* . *Tria prima poſſeſſiua excepta eſſentur per mon* , *ton* , *ſon in voce maſc* . & *per ma* , *ta* , *ſa in ſem* . *Relative vero per mien* , *tien* , *ſien in maſcul* . & *per mienne* , *tienne* , *ſienne in ſemina* . *Addenda erit ſemper litera s in plurali* . *Producamus exem- plum vtriuſque* .

Paradigma meus, tuus & suus, possessi-
sive accepta.

{ nominati. } { mon }
 { ton }
 { son }
 ~~~~~  
 { genitiuus } { demon }  
 { de ton }  
 { de son }  
 ~~~~~  
 { datiuus } { à mon }
 { à ton }
 { à son }

Masc. vox
singularis

{ nominati. } { mes }
 { tes }
 { les }
 ~~~~~  
 { genitiuus } { de mes }  
 { de tes }  
 { de les }  
 ~~~~~  
 { datiuus } { à mes }
 { à tes }
 { à les }

Plural.

Form.

{ nominati. } { ma }
 { ta }
 { sa }
 ~~~~~  
 { genitiuus } { de ma }  
 { de ta }  
 { de sa }  
 ~~~~~  
 { datiuus } { à ma }
 { à ta }
 { à sa }

Form. vox
singularis

Pluralis, pri in voce masculina.

Paradigma meus, tuus, suus, rela-
tiue accepta.

{ nominati. } { le mien }
 { le tien }
 { le sien }
 ~~~~~  
 { genitiuus } { du mien }  
 { du tien }  
 { du sien }  
 ~~~~~  
 { datiuus } { au mien }
 { au tien }
 { au sien }

Masc. vox
singularis

Form.

Reliqua verò duo possessiva pronomina, no-
